Ortes in/
uente ſunt mulieres
ad ſaluandum viros in ſacra
ſcriptura ⁊ aliqn̄ ſe ꝑiculis ex
ponētes. Nā delbora ſic ſua
fortitudine populuz liberauit
cū iudicaret iſrahel ꝗ barach
noluit exercitū ducere ipā cō
ſulente niſi ipſa iret cū eo. Ju/
dicum.iiij. Similiter ſaluauit
Abygail virū ſuum a morte ⁊
diſſipatōne.i. Regū.xxv. Ma
gno periculo expoſuit heſter ſe
vt populū liberaret a lata ſen
tentia. Heſter.vi. Judith fuit
in magnis periculis vt holo
fernem occideret ⁊ populuz li/
beraret. Judith.xiij. Fortes
etiā inuente ſunt mulieres ad
ſuſtinendū aduerſa. Jdeo di/
xit Boos ad ruth que erat vi
dua de ſua terra egreſſa. Scit
omnis populus mulierem eſ/
ſe virtutis. Ruth.iij. Graue i
properiū ſuſtinuit zara filia ra
guelis ab ancilla. nec ei reſpō
dens. Thobie.iij. Mulier ma/
ter filiorum ſeptem valde fuit
fortiter tormentata ſuſtinēdo
duplicia in filijs ⁊ etiā in ſe/
ipſa.ij. Macha.vij. Jn paſſiōne
filij Maria fuit fortiſſima. qꝛ
ſtans iuxta crucem gladius
paſſionis eius ipſius aīam ꝑ/
tranſiuit ſc̄m vaticiniū ſyme
onis. vt habetur Luc.ij. Johā.
xix. De ſtatione iuxta crucem

Fortem facit mulierē ⁊ au/
dacem amor inflāmanſ. ita vt
calefacta igne amoris nec pa/
ueat quid occurrat. Unde in/
uente ſunt mulieres que ardo
re filiorū ſuccenſe leonibus q̄
filioſ rapuerūt occurriſſe legū
tur. Sic magna fuit magda
lene fortitudo ⁊ audacia que a
more criſti ſuccēſa in paſſione
affuit. iudeos armatos ⁊ cru/
deliſſimos non expauit. toci/
ens ad ſepulcrū veniens val
latum cuſtodibuſqꝫ recedenti
bus diſcipulis non recedebat
audacter etiā dicebat. Dn̄e ſi
tu ſuſtuliſti euz dicito mihi.
vbi poſuiſti eum. vt habetur
Johannis.xx.

Capitulū .53.

De fortitudine mala
Fortes ſunt homines mali
ad offendendā innocentiā.
Inferendam violentiam
Poſtponendā reuerentiā

Ortes ſūt

mali ad nocendum innocen-
tibus et eis antequā nocēāt
ſe malis periculis exponētes
qui poſtea ſine peſſimo termi
nāt. ſic fortis fuit cayn qñ in-
ſurrexit in fratrē innocentē et
occidit eū. ſʒ ipſe poſtea ſimili-
ter eſt occiſus. Geñ. iiij Aby-
melech multū laborauit occi
dendo. lxx. fratres ſuos inno-
cētes. Iu. ix. Multis pīculꝭ ꝛ la-
boribꝯ expoſuit ſe ſaul pſeqn
do dauid. ſed nequitiā ſui ani-
mi nō perfecit vt dꝛ. i. Regum
xviij Similiter ſaul multos
labores aſſumpſit ꝛ periculis
ſe expoſuit et male ſeruiuit. ij.
Regū. xx. xxi. ꝛ. xxij. Plures
q̄ quadraginta iudei vouerūt
ſe non comedere donec occide
rent paulū innocentē. Actuū
xxiij. Fortes ſunt mali ad
mouendas guerras et bella ſe
multis periculis exponentes.
Nā multū laborauerūt illi q
tuor reges q̄ poſt magnā ſtra
gem hoīm debellauerūt reges
ſodomoꝝ. ꝛ loth in captiuita-
tem ducebant. Geneſ. xiiij.
Terras multas perābulauit
ꝛ deuaſtauit holofernes mul-
ta bella peragens ꝛ mouens ꝛ
tū vna mulier decaptauit eū
anteq̄ compleret deſideriū ſu
um. Judith per totū. De hac
materia require plura ca. xlij.
Fortes ſunt mali homines
volendo ſe contra deū erigere
opera diuina minuere. Ideo Je
roboā multū laborauit vt poſ
ſet populū a domo dauid et a
cultura dei deuiare. iij. Regū
xij. Antiochus multū labores
ſuſtinuit vt cultū dei deſtru
eret in iudea. ꝛ tandē deſpe-
ratus ꝛ confuſus in terra
aliena miſerabiliter eſt defun
ctus. ij. Mach. ix. Nō ſolum
prudentiores ſed ꝛ feruētiores
ſūt filij huius ſeculi filijs lu
cis. Luce. xvi. Nā alijs dor-
mientibus diſcipulis iudas
tractauit proditōem criſti ſolici
te vigilabat Mat. xxvi. Prin
cipes ſacerdotū multa ſolici-
tudine fatigati ſunt vt nomē
chriſti poſſent extinguere. nā
cuſtodes ſepulcri corruperunt
pecunia. Mat. vlti. Et diſcipu
los eius incarcerauerūt. ꝛ pre-
ceperunt ne in nomine Jeſu lo
querentur. Actuū. iiij.

Capitulū. 54.

De gratijs agendis deo
Beates ſunt reddende eo